stephanus sacrificium iusticie se ipsum
tibi sacrificabit. ideoque in lenitate cordis
in pace obdormiens requiescit. V. Eum in
uocare. R. Benedictionis tue domine
preuenit iustificatus et scuto tue protec
tionis in passione munitus nominis sui
coronam stephanus a te percipere me
ruit. V. Uerba mea. R. O quam admira
bile est nomen tuum domine deus noster
pro quo beatus stephanus passus glo
ria et honore a te est coronatus et su
per celos dono tue magnificentie exal
tatus. V. Dne dns nr. Lc. iiij. V. Posuisti dne.

Ipse rex noster altissimus
pro nobis humilis uenit
sed in [illegible] non potuit. Mag
num ergo donatiuum [illegible] attulit
xpc militibus suis cum [illegible] non so
lum [illegible] ditauit sed etiam

ad [illegible]randum [illegible] confor
tauit. Attulit namque donum cari
tatis qua perduceret homines
ad consortium deitatis. Quod er
go attulit erogauit nec sibi
aliquid minuit. sed mirabiliter
ex suo fidelium pauperiem ditauit.
et indeficientibus thesauris plenus
ipse permansit. Karitas ergo que
ad terram de celo deposuit
xpm. ipsa stephanum de terris
eleuauit ad celum. Karitas que
precessit in rege. ipsa subsequen
ter refulsit in milite. R.
Lapidabant stephanum inuocantem
et dicentem domine ihu xpiste accipe
spiritum meum et ne statuas illis hoc
peccatum. V. Positis autem genibus beatus
stephanus orabat dicens. Dne ihu.

O admiranda ubique po Lc. s.
tencia saluatoris. o predican
da indesinenter gra redemptoris.
ostendit in matre uirginitatis et
ne miraculum demonstrauit in mar
tire uirtute caritatis indicium. Inte
gritas quippe intemerata perma
[illegible] dilectionis inuicta

uestis perseuerauit in martirio. Et sicut matrem dni non potuit uirginitas uiolari: sic in martiris mente non potuit xpi karitas tanto seuientium agmine superari. Stephanus ergo ut nominis sui coronam mereretur accipere caritatem pro armis habebat: et per eam ubique uincebat. Per caritatem dei seuientibus iudeis non cessit. per caritatem proximi pro lapidantibus intercessit. per caritatem xpi arguebat errantes ut corrigerentur per caritatem proximi orabat ne punirentur. Karitas uirtute subnixus uicit saluum crederetur seuientem: et quem habuerit in terra persecutorem in celo meruit habere consortem. Sca igitur caritas desiderabat orando adquirere quos nequiuit monendo conuertere. R.

Stephanus seruus dei quem lapidabant iudei uidit celos apertos uidit et introiuit beatus homo cui celi patuit. V. Intuens [illegible]

Stephanus uidit gloriam dei. Beat.

Nec ergo eum frs existimandum. R. Su. est. Stephanus tunc inimicos dilexisse cum eos incredulitate arguendo corriperet. Absit hoc ab anima martiris: ad celi palacium festinantis. Ipsa enim sancta caritas firmiter seruauit oratione pacientiam que regendam tenuit in corruptione se ueritatem. ac per hoc siue orando siue corripiendo caritatem beatus stephanus reseruauit: quia ubi et salutem errancium cogitauit. Et indicio dilectionis ostendit in increpatione illam non fuisse odii sed amoris. hoc autem faciens et presentibus beatus martir caritatem exibuit et utile nimis exemplum posteris reliquid. Ideo frs in caritate fortiter consistere: et ipsam uobis inuicem exibere. Insistite operibus bonis: ut cum sco stephano celum apertum inspicere queatis adiuti gratia xpi dni saluatoris: cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

R. In petrum ferebantur unanimes in eum [illegible] non [illegible] dultatem [illegible]

tem et dicentem domine accipe spiritum
meum. R. Stephanus dei gratia plenus erat
in plebe multa signa faciebat celos a
pertos aspiciebat et ihesum stantem uide
bat a dextris dei et dicebat. Domine. V.
Gloria deo per cuncta patri summo eiusque
sibi regi xpisto nato ac utriusque spiritui
sancto sicut erat in principio et nunc
et semper et in secula seculorum amen. Domine.
A. Iusto domino deo suo confisus fortis atle
ta stephanus lapidum fortiter sustinuit
ictus et idcirco ad montem trasmigrauit
uictoriosus. V. In domino confido. A. Sine ma
cula beatus stephanus ingressus est do
mum in tabernaculum tuum et quo ope

ratus est iusticiam requiescet in monte
sancto tuo. V. Domine quis. A. Domine uirtus
et iusticia rector quoniam tu preuenisti
dilectum tibi stephano dono gratuitate
benedictionis te primus secutus est mor
tem gloriose passionis unde cum corona
martirii dedisti ei uitam in seculum se
culi. V. Domine in uirtute. A. Iustus ut pal
Secundum matheum.

In illo tempore. Dixit ihesus
turbis iudeorum et principibus
sacerdotum. Ecce ego mitto ad uos
prophetas et sapientes et scribas.
et ex illis occidetis et crucifigetis
et ex eis flagellabitis in sinago
gis uestris. Et reliqua. Omelia lectionis.

Attendite fratres apostolum ad cori
nthios scribentem uaria
dona esse discipulorum xpisti alios pro
phetas qui uentura predicarent. a
lios sapientes qui nouerunt quan
do debeant proferre sermonem.
alios scribas in lege doctissimos.

Rx. [I]mpii super iustum iacturam fecerunt ut eum morti traderent at ille gaudens suscepit lapides ut mereretur accipere coronam glorie. V. [V]idit beatus stephanus celos apertos uidit et introiuit. Ut eum

E x his ergo lapida Rc. viii
tus est stephanus. paulus
occisus crucifixus est petrus. fla
gellati in apostolorum actibus disci
puli persecuti sunt eos de ciuitate
in ciuitatem expellentes eos. ut
ad gentium ipsum transmigraret. Ut
ueniat super uos inquid dominus o
mnis sanguis iustus qui effusus est
sup terram a sanguine abel iusti
usque ad sanguinem zacharie filii
barachie qui occisus est inter tem
plum et altare. Dicam breuiter
quare sanguis abel iusti usque ad

ubi accepta eius a deo narramus munera.

Rx. Lapides torrentes illi dulces fuerunt ipsum sequuntur omnes anime iuste. V. Lapidauerunt stephanum et ip se inuocabat dominum dicens ne sta tuas illis hoc peccatum. ipsum. Rc. ix.

H ierusalem ierusalem que occidens
prophetas. et lapidas eos.
qui a te missi sunt. Ierusalem non saxa
uel edificia ciuitatis habitatores
uocat. quos patris plangit affec
tu. Sicut legimus in alio loco quod
uidens ciuitatem fleuit super eam.
Dico enim uobis non me uidebitis
amodo donec dicatis. Benedictus
qui uenit in nomine domini. Quod
dicit donec dicatis benedictus qui
uenit hoc uult intelligi. nisi pe
nitentiam egeritis et confessi fue